



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An is, qui ob defensionem bonorum temporalium, quæ possidet,  
occidit aliquem; fiat irregularis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Quod si verò propter defensionem proprii honoris, & famæ occidatur alter, qui iniuste infamat, aut inhonorat, sic occidens irregularis, prout colligi videtur ex cit. *Clement.* eos tantum ab incurrenda irregularitate, excipiente, qui mortem alteri vitare non possunt: cum ergo fama læsa, aut læsus honor aliis mediis reparari possiat, consequenter occisio infamantis, aut inhonorantis, magis ad vindictam videtur pertinere, quam iustam & necessariam defensionem.

## §. II.

*An is qui ob defensionem bonorum temporalium, quæ possidet, occidit aliquem, fiat irregularis?*

Fieri irregularem talem, multi docent, iuxta stylum Curie Romanæ, & ex multis Juris textibus probant: probabilis tamen etiam est sententia contraria, negans eum fieri irregularem, qui pro defendendis rebus suis magni valoris alium occidit, tum quod bona talia temporalia ad vitæ sustentationem necessaria, quodammodo vitæ comparentur; si ergo licita est defensio ad vitam conservandam, etiam cum occisione iniusti invaloris, servato tamen moderamine inculpatae tutelæ, licitum etiam erit, ad res suas magni valoris defendendas, eodem moderamine servato, iniustum rerum suarum invaloris occidere, tum quod in iure nulla sit pro tali occisione statuta irregularitas, tum quod ea, quæ ex iure afferuntur, vel tantum à contrario sensu probare videantur, quod tamen, in materia pænali, præsertim in

materia irregularitatis, non licet, vel disiunctivè intelligenda sint, vel obstant excessum inculpatae tutelæ.

## §. III.

*Quæ requirantur ad licitam defensionem cum moderamine inculpatae tutelæ, & quomodo puniatur excessus in defendendo sine hoc moderamine?*

UT observetur moderamen inculpatae tutelæ, requiritur primo, ut qui sit iniuste invaloris, vel certe in convenienti sit invaloris iniuste ut occidatur, aliàs non esset defensio, sed aggressio. Secundo requiritur, ut defensio non possit fieri cum minore letione proximi, & hinc si ad vim iniustam repellendam sufficeret valuerat alterum, aut mutilare, non licet tamen occidere. Tertio requiritur, ut factus sit defensio sine gravi culpa, ne videatur in aggressionem potius, quam licitam defensionem. Quarto requiritur, ut alius modus honeste evadendi iniusti aggressoris manus, non lapsus, de quo judicabit prudentis viri arbitrium. Quod si tamen moderamen hoc inculpatae tutelæ in sui vel rerum suarum magni valoris defensionem excederet, occidendo, cuius ipsam vim alio modo repellere posset, curreret: hic occidendo irregularem, significasti 18. h. e. Cum in tali casu culpam ipsi potius imputaretur tale homicidium, & consequenter etiam ad pænam irregularitatis.